



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Monitio ad initiandos Sacro Diaconatus Ordine, n. 22.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

dissimi· mei Archiepiscopi ac Principis Ele-
ctoris Coloniensis, in literis ipsius resigna-
tionis, aut alienationis specialiter expri-
mendo: item quod titulum illum, qui in
locum prioris tituli successerit, absque simili-
li consensu non resignabo vel alienabo. Ita
me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evan-
gelia..

Monitio ad initiandos ordine Diaconatus.

XXII. Ad Ordinem Diaconatus:
promovendi, diligenter secum per-
pendant ad quantum gradum Eccle-
siæ ascendant, nam ut olim Levitæ
arcam fœderis, ita nunc ipsi Eccle-
siam Dei portare & munire debent, or-
natu Sancto, prædicatu divino, exem-
pto perfetto, ut verè testentur se es-
se Levitas, hoc est assumptos à car-
nalibus desideriis, & à terrenis concu-
piscentiis, quæ militant adversus ani-
mam, ut hæreditas & tribus amabilis
Domini esse mereantur, & tanquam
mini-

Ministri & Cooperatores Corporis & Sanguinis Domini sint ab omni illecebâ carnis alicui, & quibus Evangelium ore annunciant, vivis operibus exponent, habeantque pedes suos calceatos Sanctorum exemplis, in preparationem Evangelii pacis. *Pontificale Rom. tit. de Ordinatione Diaconi.*

Monitio ad initiandos Presbyteratus Ordine.

XXIII. Qui verò ad Sacrum Presbyteratus Ordinem se præsentare intendunt, meminerint, quod cum magno timore ad tantum gradum ascendendum est, atque providendum, ut cœlestis sapientia, probi mores, & diuturna justitiae observatio ad id electos commendent, & Advocati in adjutorium Episcoporum cognoscant quod agunt, imitantur quod tractant, quatenus mortis Dominicæ mysterium celebrantes, mortificare membra sua à vitiis & concupis-